QVERELÆ
FRAVICTONIS
&
BIOMEÆ.





ANNO
M. DC. XX.



SARA-VICTO BIOMEÆ.

INspicis? an coniunx prohibet nouus? inspice: non est
 Quam legis hostili charta notata manu.
Infælix Sarauicto, tuus dum dextra fauerent
 Numina, coniugij fœdera rupta queror.
Quod queror haud frustra est: pridem se prodit adulter,
 Hæret in amplexu qui, Biomea, tuo.
Nec peccasse sat est; crimen scèlerata tueris,
 Et coniuratas cogis ad arma manus.
Siccine iura thori, tua sic promissa, fidemq́;
 Obteris, & coniunx coniugis hostis ades?
An quorum toties iurasti perfida numen
 Vltores nescis fulmina ferre Deos?
Sed nullos fac esse Deos; fac fulmina nullum
 Ferre Iouem; saltem culpa pudenda tua est.
Crimina si confers, Menelais adultera dici
 Non meruit; culpam quo tueatur habet.
Credere fas raptam; vel si vis absfuit omnis,
 Fœmina dicetur succubuisse dolis.
In facinus tu sponte ruis; tu quæris amantem;
 Nec prece, nec precio sollicitare pudet.
Auget & hoc culpam; cui nupsit Tyndaris ipso
 Non minor Atridâ Troïcus hospes erat.

Hunc tibi tu socias, cui, si fas vera fateri,
Summa fuit nostras gloria ferre dapes.
Infælix, hanc quo prætexes nomine culpam?
Ne rea sis, finges quid meruisse virum?
Non ego coniugij inuitam te in vincla coegi:
Nec fuit armatus, nec violentus amor.
Vi Boreæ, Ditisq; furor, vi Nessus amicas
Quærat: barbaries non decet ista viros.
Sed neque te pluuium pellexi versus in aurum,
Nec boue, nec falsâ dissimulatus aue.
Ah pereant quicunque dolo connubia quærunt:
Nudus amor gaudet simplicitate coli.
Sponte tuâ (manifesta loquor) mihi nupta marito
Sim tuus, aiebas, tu meus ignis eris.
Cum thalamos, Saravicto, tuos Biomea relinquet,
In caput vrgebunt Albis & Ister aquas.
Fluxa suas sanctè seruarunt flumina leges,
Et situs & cursus qui fuit antè manet.
Tu thalamos, Biomea, tui Saravictonis, eheu,
Deseris, & nomen coniugis alter habet.
Crimen inest facto: veniam sed culpa mereri
Posset, adulterio vis nisi iuncta foret.
Hospite capta suo, cum cœpit adultera dici
Tyndaris, erubuit, corripuítque fugam.
Tu scelere admisso infamis, sua frena pudori
Excutis, & iugulum coniugis ense petis.
Quæ stuprum reducis cumulauit cæde mariti,
Hoc minus ausa fuit Graia puella nefas.

Iure

ure dedit pœnas raptor Briseïdis; uxor
Iure fuit longas coniugis ulta moras.
Ast ego quid merui? nullo te pessima læsi
Crimine: culpa fuit sola fuisse pium.
empla tuâ succensa manu, aut subversa iacebant;
Numinaq́; ipsa (nefas) vertere iussa solum.
is luctata diu victa est patientia monstris;
Nec potui, fateor, ferre quod antè tuli.
uerat has animi pestes exscindere ferro,
Et dare sulphureis monstra voranda rogis.
bstinui tamen his, armis leuioribus usus;
Arma minæ, nobis arma fuere preces.
uid facis, aiebam, quæ te dementat Erinnys,
Pars animæ, coniunx, dimidiumq́; meæ?
st sua, si spernas, animis cœlestibus ira;
Sunt &, sera licèt, fulmina certa Ioui.
dmonet officij Phlegyas, qui perditus ædi
Fertur Apollineæ supposuisse faces.
e gemens Orco in medio sub pondere saxi,
Sacra tibi quantùm sint veneranda docet.
oc lucum Cereris violare bipennibus ausus,
Hoc miser Hippomenes, hoc Atalanta monet.
ed cultum te finge Deos non poscere; saltem
Hoc, coniunx à te quod peto, poscit amor.
um mihi iuncta thoro sis, cur diuellimur aris?
Si placeo, cur non & mea sacra placent?
sta peto; quæ nunc fastidis, antè placebant
Sacra tibi, sanctos dum sequereris auos.

Si libet & fas est, annales excute, sacla
Octo bis inuenies his operata sacris.
At, tibi quem læuo finxisti numine, cultus
Cœpit heri; dices cras mihi forsan, vbi est?
Hæc ego sum, memini, vel non diuersa loquutus;
Sed precibus sensi pondus abesse meis.
Crimen erat, magnumq; nefas, & morte piandum,
Templa Dijs, templis reddere velle Deos.
Tu tamen hoc celas: speciosi nominis umbrâ
Impietas crimen victa pudore tegit.
Te mihi connubio iunctam inficiare: mariti
Scilicet indignus nomine raptor eram.
Nil te pacta fides, iuratáque Numina? testis
Ara nihil? nil te publica vota mouent?
Cur sceptrum & diadema mihi? cur purpura cessit
Coniugis? hæc à te pignora raptor habet?
Nec tibi quòd vir sum soli debetur; ab ipsis,
Quos iactas, in te ius mihi manat auis.
Iam tria, si nescis, fluxerunt sæcula, genti
Ex quo perpetuùm sponsa dicata meæ es.
Néue peregrina quæras de stirpe maritum,
Lex vetus & magno Cæsare digna vetat:
Nec vetat hoc frustra: contemptor Numinis hostis
Non procul est, cui tu præda subinde fores.
Nil tibi, quo fidis, robur, virtusue tuorum
Profuerit, nec qua cingere sylua iuuet.
Quam fugis, hæc nostræ debetur gloria genti;
Hunc obicem solum barbarus hostis habet.

Tu

men externo quæris de sanguine mœchum,
proba, qui nostras iam populatur opes.
uvetus: pridem fuit hac de gente petitus
ir tibi, sed votis restitit ille tuis.
uit, haud tecum quas optas iungere tædas,
lterius cum sis pacta marita thoro.
idæ sponsam magnorum ductor Achiuûm
m rapit, vxorem perdidit ipse suam.
canis captans umbram quam latius æquor
plicat, amittit quam tulit ore dapem.
vtinam, tibi qui procul est quæsitus adulter,
nguinis istius vena vel vna foret.
go te raptam quererer, mea vita; nec illi,
c nocitura tibi quæreret arma dolor.
mihi, quod semper metui, spes omnis in armis
nc posita est; rapidi verba tulere noti.
servo dominus, cogor cum coniuge coniunx
rnere, quanquam obstant hinc amor, inde pudor.
mihi te rapuit, coniunx, extrema minatur;
ostra domus tecum relligioq; perit.
rte focos, sanctasq; Deûm defendimus aras:
rma quis accuset pro lare, proq; Ioue?
nostras tu sperne acies: non militat Hellas
ola mihi; toto miles ab orbe venit.
arte ferox Celtes, nobis iam sanguine iunctus,
duolat, igne tuos vt populetur agros.
inatq; frequens, quamuis non missus ab vllo,
nglus, & epoto Belga pedester equo:

Et geminæ Heſperiæ cultor: quis non tremat? orbe
  Hæc domuit veterem, terruit illa nouum.
Quæq́; aquilis paret ſemper victricibus, omnis
  Præſtat opem domino Teutonis ora ſuo.
Et ſceleris crudus iam poſcit Sarmata pœnas,
  Doctus & à tergo mittere tela Getes.
Quos iſtis populos? quæ tantis agmina turmis
  Oppones? Belli quod caput, vxor, erit?
Nec numero, nec Marte potens, cui fœdera nulla,
  Spondet inops & iam turba rebellis opem.
Deme fidem dictis: peregrinam fallere tutum,
  Faſq́; putat domino gens malefida ſuo.
Forſitan Arctoas ſceptro qui temperat vndas
  Pridem expectato milite mittet opem.
Ante meri laticem Iouis arbor, vinea glandes,
  Sylua dabit piſces, vnda marina feras,
Antè ruet Boreas Arcto contrarius, antè
  Surget ab Heſperijs Phœbus eous aquis,
Antè polo tellus, vndæ miſcebitur ignis,
  Déque nouo fiet, quod fuit antè, chaos,
Iuſtitiæ, Paciſq́; parens armare rebelles
  Quàm velit, aut in te crimina tanta pati.
Iſte ſuo nunquam ſpoliatur lumine Phœbus,
  Nec vagus obliquo tramite carpit iter.
Adde quòd exemplum, quicquid cauſere, periclo
  Non vacat, exempli prona, patenſq́; via eſt.
Huic opibus, numeroq́; potens & Martis alumnus
  Eſt populus; gens hæc quod facit, illa poteſt.

Paci

ucta crepas frustra & tecum communia sacra :
Hæc, vbi ius constat, quàm leue pondus habent ?
Raptori sed opem promittit avunculus, hostis
Qui domino est, patriæ turbo, ruina sacris.
Vana nimis spes hæc; illi præcordia maior
Cura domat : sunt iam bella gerenda domi.
Intra castra, suas intra vix ille paludes,
Tutus ab indigenæ militis ense latet.
Pars populi spoliata sacris, ducibusq;, tumultu
Iam fremit, & reddi sacra, ducesq; petit.
Nec tantùm hunc proprius contra stat miles in armis;
Maior ab externo qui venit hoste metus.
Poscit Iber pœnas : fors & Leo iungis Ibero
Agmina : noxa recens, fulmine digna tuo.
Sed præstò fac esse viros : fac militet omnis
Europæ atque Asiæ flos tibi : ductor vbi est ?
Hic, iterum magno si vita daretur Achilli,
Posset Achillæas cura decere manus.
a tuus, qui se regem miratur, Adonis
Munia vix inter posset obire Phryges.
Arma gerant alij : qui tantùm castra sequutus
Aonidum, huic Phœbi barbitos apta magis.
His vtinam monitis posset mollescere cautes,
Quæ tibi, si quod habes, cor Biomea riget.
Non tibi succisâ moreretur messis in herba;
Nec raperet sacros impia flamma lares.
Fecundus soli domino seruiret agellus;
Et fugerent solos hædus & agna lupos.

Nec

Nec tuba vel cœnæ, vel somni rumperet horas;
Nec premeres dura caßide molle caput.
Coniuge me, secura mali, secura pericli
Transigeres longos & sine nube dies.
Sed si dura tibi non vis, vel parcere nescis,
Si quæ fortè colis Numina, parce Dijs.
Relligio comitata fide, cui tempora canis
Sparsa, tuos supplex voluitur ante pedes.
Téque rogat sancti per quæ suxere parentes
Vbera, se prædam ne patiare rapi.
Martis, ait, spectator adest, conterminus Albi
Hostis, & auxilio forsan vtrumq; iuuat.
Sed vereor ne, qui spectat, mox præmia tollat,
Duraq́; cum victo sub iuga victor eat.
Sic leo iam longo fessos certamine tauros
Occupat, & diram pascit vtroque famem.
Vos opibus, vitaq́; simul, vos exuet aris
Barbara gens, nec qui me colat vllus erit.
Virgineas non dura preces, & vota Deorum
Suscipe; te virgo cum Ioue poscit opem.
Parce pias nimiùm cognato sanguine dextras
Polluere, vltores lædere parce Deos.
Quicquid agas, te noster amor, te cura sequetur;
Te sine nulla mihi gaudia, nulla quies.
Aut ego te potiar mea lux, mea sola voluptas,
Aut moriar telis victima facta tuis.
Ad Styga descendit pro coniuge Thracius Orpheus,
Pro te ego mille velim Ditis adire domos.

FINIS.

BIOMEA
Sarauictoni.

Væ cupis inspexi: nec, quod rebare, maritus
Hoc vetuit: quid enim littera lecta nocet?
uid agis? lectæ quid te iuuere tabellæ?
ic tua tu propriâ crimina pingis acu.
u superstitio, iactantia, probra, tyrannis,
s furor & fraudes, quæ latuere, patent.
saltem vacuum seruari crimine limen
Debuit, & primâ fronte nitere pudor.
nacarent lymphis quæ præbet pocula caupo;
rima lupanaris ianua fraude vacat.
ibulo imprudens fraudem tu prodis in ipso,
um quod es occultas, & manifesta negas.
u famam calamo, iugulum cum coniuge ferro
ppetit, hostilis non erit illa manus?
men adulterij prætexis; scilicet, vt sim
um lupa, ne forsan tu videare lupus.
lix sorte suâ coniunx Plutonia; rapta est
lla quidem, famam sed sine labe tenet.
tua iuncta probro est. Sed cur opprobria fuco
Non tegis? Est fraus hæc nuda, patensq; nimis.
ij Biomea tui violasset fœdera lecti,
Alteri us quæ tum coniugis vxor erat?

Quem

Quem mihi, nec pridem, rapuerunt fata, superstes
Vir fuit, admisi num simul vna duos?
Si qua contraxi tecum, viuente marito,
Fœdera, non coniunx tu, sed adulter eras.
Me tibi confiteor sponsam viuente petitam
Coniuge, nec facinus displicuisse viro.
Sed nil ista iuuant; tu mœchus, leno maritus
Audiet; est duplex crimen, vterque reus.
Vxor eram, non serua viri; quin talia nollet
Serua pati; seruit nemo duobus heris.
Nec iactare viri prodest insignia; prædam
Hanc dominâ inuitâ fraus violenta tulit.
Pergama capta dolo; Solymæ vis obruit arces;
Quid facias, regnat vis vbi iuncta dolo?
Vis manifesta nimis; populi de fraude queruntur
Iure quibus longo fœdere iuncta fui.
His inconsultis (quod mos & publica gentis
Iura vetant) thalamis sum sociata tuis.
Legitimum sed finge torum; me cruda tyrannis,
Me tua barbaries non sinet esse ream.
Libera quæ nupsi, duro seruire coacta
Sum domino, cui pro coniuge præda fui.
Quis numeret tua quot fœdaris sceptra rapinis?
Promptius expediam quot tegat Ida feras.
Ast vtinam duntaxat opes & regna sitisses
Non tua; sit licet hæc perniciosa sitis.
Coniugis, infandum, coniunx haurire cruorem
Cœpisti, tigribus sæuior atque lupis.

is adhuc, Istérque rubet conterminus Albi,
nguine se maior factus vterque meo.
it in immensum feritas; præbere coactus
iugulum tremulo cum sene sæpe puer.
erno quoties rapta est de viscere proles?
lneribus quoties concidit icta nouis?
& militibus de matre rubentia sæpe
duo partiri corpora ludus erat.
s erat, memini; nec deerat tessera ludo
rnifices acuens in scelus omne manus.
a erat, SVB VTRAQVE, Deus quia symbola bina
ituens, specie vult sub vtraque coli.
busta patrum, violata cadauera ferro
imus, & sæuis tradita frusta rogis.
adaueribus texisti altaria; fertur
alia Geryon dona tulisse patri.
memorem tot stupra tuis patrata sub armis?
da pudens virgo, præda marita fuit.
ris in amplexu proles, violata mariti
nte oculos coniunx, mox iugulata ruit.
mulis seruatus honos; quis putre cadauer
diderit stupri vim potuisse pati?
idem: stuprum passa est effossa sepulchro
nina, barbariem hanc num ferat ipse Nero?
n adhuc scelerum superest: contendere cœlo
sus es, & diras in sacra ferre manus.
contactu cœpit fœdare propago,
sio quæ, scelerum quæ tibi monstrat iter.

Hac

Hæc opibus numeróque potens; sed gentis origo
Non minùs obscura est quàm tua, Nile, fuit.
Sunt Laertiadæ socijs quibus orta videtur,
Inter grunnirent dum fera turba sues.
Seu quia tetra lues pædore & sordibus orbem
Inquinat, à suibus seu quia nomen habet.
Est Furijs; est qui prognatam credat Iberis;
Fors quia Geryon hos quoque iactat auos.
Sunt qui Cerbereæ germen lethale saliuæ
Iurent, quod tellus post aconita tulit.
Gorgonis accusant multi, vel virus Echidnæ,
Nec pauci patrem te, basilisce, putant.
Ast ego Phinæas potiùs, fera monstra, volucres
Has mundo pestes progenuisse rear.
Omnia conueniunt: his castæ virginis ora
Sunt data; virgineum nil tamen intus habent.
Vnca manus nimis est; non ipse rapacior illis
Harpalus, Autolycus cum patre, Massa, Cilix.
Ingluuies vesana tenet; grauis omnibus Orci
Progenies aurum, prædia, regna vorat.
Pallor inest, quem vel Venus eneruata, vel auri
Iam lassata fames, nec satiata facit.
Spurcius hac turba nihil est: non vilia Phinei
Prandia, & Arcadicas polluit illa dapes:
Structa Deo, quibus esca Deus, conuiuia Cœli
Conspurcare suis sordibus ausa fuit.
Incoluit volucrum pestis terramq; fretumq;
Hæc etiam terram noxa fretumq; colit.

parserunt illæ subtexto sole tenebras:
  Et mundum tenebris obruit ista cohors.
Iouis Stygijs olim Stymphalidas vndis
  Exciuit; pestem hanc extulit ira Iouæ.
Impia gens tota est; armat cui perdita mentem
  Ambitio, linguam fraus mera, sica manum.
Cœlo inuisa, solo gens indignissima, Regum
  Pernicies, populi pestis, & ira Deûm.
Illius impulsu cum Regno sacra petîsti
  Nostra, dolo primùm, mox feritate merâ.
Saxea cogebar venerari numina; saxis
  Oscula cum precibus danda fuere mihi.
Quis furor, aiebam, coram procumbere cæco?
  Quis furor est surdum sollicitare prece?
Cur herè quam finxi, nunc audit Numen imago?
  Cur operi cogor thura litare meo?
Basia marmoreæ fertur libasse puellæ
  Pygmalion, operis captus amore sui.
Fors veniam sculptor meruit; spirabat imago
  Nescio quid viuum, & virginis ora ferens.
Sed quæ membra Deo finges? quo marmore mentem
  Exprimat ars? oculos illa manumq; fugit.
Hæc ego: sed pelagi irati tu surdior vndis,
  Surdior, heu, saxis, quæ venerabar, eras.
Aucta superstitio est: E farre & furfure Numen
  Vidimus, & coctum, furnigenamq; Deum.
Hoc pro Palladio crustum plebs stulta colebat;
  Sanctius hoc nullum numine numen erat.

Huic

Huic quoties sum iussa genu submittere? iussa
Furfureo quoties munera ferre Deo?
Obstupui, fugitq; mihi de pectore pectus:
Haud aliter quàm si visa Medusa foret.
Hæc illa est pietas, Sarauicto, hæc Numina læsa,
Hæc sacra, quæ iactas, relligióque patrum.
Hoc ego sum, fateor, quondam detenta furore;
Et fuit, ah, nimis, ah, mens mihi capta diu.
Sed rediyt pridem pulsis mens sana tenebris:
Quodq; priùs placuit, iam patet esse nefas.
Esse nefas constat, quod adores, fingere Numen;
Quæq; dijs libas farra, putare Deos.
Maius adhuc scelus est, quòd cogis mansa vorare
Numina; Numinibus parceret ipse Gyges.
Tu tamen hæc, memini, ferro grassatus & igne
Vrsisti: perij quot Biomea modis?
Hæcne torus vel ferre potest, vel ferre tenetur?
Virginis an coniunx effera tigris erit?
Quis putet vxori mansisse Lycaona iunctum
Connubio, postquam constitit esse lupum?
Huic subdat se serua iugo; quæ libera nubit,
Obtinet antiquum, & libera nupta manet.
Si vacat annales & gesta reuoluere, nostri
Exemplis poterunt iura patere tori.
Antè tui similis, Sarauicto, sæpe maritus
Obtigit; at iussi res sibi habere suas.
Ius ab auis frustra repetis: quis velle parentes
Crediderit natam consociare lupo?

Nec

Nec tua me terret Gorgo, lex Cæsaris; illa
Bulla velut, propria futilitate ruit.
Sub sua quantumuis iuga miserit omnia Cæsar,
Ius tamen in thalamos non habet ille meos.
Sed fac habere; suæ fac promisisse maritam
Me soboli; mihi vir tu tamen esse nequis.
Cæsare prognati plures te iure priores,
Nascendi si quid tempus & ordo potest.
Hic, plures inter, Cimber ius obtinet; & quod
Cimber habet, sponso ius dat Eliza meo.
Nec mihi de sponsi quæsitus sanguine coniunx
Restitit, vt fingis, quod tibi pacta forem.
Sola superstitio vetuit mihi iungere tædas:
Nec mihi, sed sacris restitit ille meis.
Simplicitas hæc digna pati ludibria; nostro
Corda viro constant nobiliore luto.
Hunc sceptris elate tuis ne despice: possunt
Qua geris illius sceptra decere manus.
Cæsareo si te prognatum sanguine iactas,
Cæsaribus coniunx est oriundus auis.
Munia si confers: tu regni sceptrifer: ille
Ferre dapes solitus, sceptra ferenda dedit.
Nec minus hunc quàm te metuet conterminus hostis,
Qui toties ex te rapta trophæa tulit.
Ast ego quid sector rationum pondera? Bellum
Tu fers, & belli fulmina sola crepas.
Aduolat, inquis, opem laturus Celta, Britannus,
Belga, Latinus, Iber, Sarmata, Teuto, Getes.

Scilicet: Est tanti Sarauicto: pascitur vmbris,
Et iucunda sui somnia fingit amor.
Cur tibi, per Superos, se iungat Celta, negasti
Cui toties bello cum premeretur opem?
Cur Tamesim expectas? Sarauictone numen Elizæ,
Vulturibus debet charior esse Leo.
Belga domi quod agat; crudas quo temperet iras,
Inueniet forsan cuspis Ibera foris.
E Latio fatuas mittet, pro milite, bullas
Roma, cucullatos Teutonis ora greges.
Cætera barbaries gens est mera, bruta, rebellis,
Pauca, fugax, vecors, vilis, inermis, inops.
His ego nec laruas hominum, nec spectra, nec vmbras
Opponam; mecum est res tibi, cumq́ viris.
Est ditio mihi parua quidem, sed martia pubes;
Quæq́ tuos cæco sub duce fregit auos.
Ille suâ moriens, hos certus versa daturos
Terga fugæ, iussit tympana pelle tegi.
Quæ tulit hunc superest tellus, & mascula virtus:
Nunc quoque fulmineas experiere manus.
Tot populos quid posse putas, tot sceptra, tot vrbes
Imperij, regno fœdere iuncta meo?
Nec Cimbrum, nec tu vicinum spreueris Hunnum,
Cui Latium simul & Gallia præda fuit.
Arma parant omnes; quin & Leo colligit iras,
Et generosa suus pectora feruor habet.
Ille suam, quocunque feras vestigia, prolem
Vulturibus prædam non sinet esse tuis.

prius est violis, æstas caritura cicadis,
Autumnus Bacchi munere, bruma niue,
nus ab Oceano, Rheno contrarius Ister
Euxino refugus de mare vertet iter,
r sua sideribus, deerunt sua sidera cælo,
Et cælum & Superûm cum Ioue turba ruet,
àm, quæ iure peto, neget, aut impunè tyrannis
Esse sinat Pacis, Iustitiæq; parens.
ebus hic est, fateor, quo nec formosior alter,
Nec melior toto cernitur orbe Deus.
tamen irasci, nec Phœbum dedecet ira;
Telaq;, si nescis, quæ iaculetur habet.
suis tumidum strauit Pythona sagittis,
n capreas tantùm queis priùs vsus erat.
idit his ingens Tityus, tibi crimine iunctus;
ille Deæ, mihi tu vim scelerate paras?
i dedit Atrides raptâ Chryseïde pœnas:
Coniunx quantumuis nullius illa foret.
mea qui Phœbo coram connubia turbas,
Moliris maius quàm luit ille nefas.
impunè feres; nostri tu spicula Phœbi
Protinus, & longas experiere manus.
ta diu meritæ clementia distulit iræ
Fulmina, pensabit sed grauitate moras.
leitò formatur magnum & memorabile; monstra
Qui domuit, nox huic non fuit vna satis.
qui mole suâ, qui terret viribus hostem
Protrudunt anni vix elephanta decem.

Panicus obijcitur terror; subiecta Leoni
Criminis exemplo regna trahentur, ais.
Pone metum; vili quàm distat purpura panno,
Tam distat solium quo sedet ille tuo.
Natus hic imperio est Princeps, virtute tuetur
Ius patrium, & se nil sub Ioue maius habet.
Ista domi secura, foris metuenda potestas
Mittet opem, quam ius, fœdera, sacra petunt.
Agmina coniunget Bataui dux roboris, hosti
Qui terror, patriæ est vmbo, columna sacris.
Orta domi nuper tempestas sponte quieuit;
Iam quassat Batauas nulla procella rates.
Poscere quem fingis, pœnas dabit ipse Batauis
Iam toties niuei præda Leonis Iber.
Sed leo cur, vt ais, contra paret ire leonem?
Quam causare, prior fœdere noxa fuit.
Nec mihi deuotæ deerit sua gloria Mosæ,
Quam procul à nostris finibus esse queror.
Martia Bulloni soboles, patris æmula proles,
Hîc pridem in pugnas ardet & arma parat.
Magnus auus, maiorq́ parens & auunculus acrem
Vrget, & Aruernum, Borboniumq́ genus.
Cognato cognatus opem feret; ire per enses
Pro sibi cognato sanguine coget amor.
Ille triumphatas aquilas, quas fulmina iactas
Ferre Iouis, coget signa Sedana sequi.
Quid tibi nunc animi est? an adhuc mea temnere pe[...]
Agmina? mente puto te meliore frui.

Quis mihi militiæ sit ductor, quærere noli;
Hîc vbi tu dux es, quilibet esse potest.
Mille duces nobis; sed dic de millibus vnum
Cur onus hoc sponsum posse subire negas?
Hercule natus auo, Galli Mauortis alumnus,
Flos iuuenum, belli ductor an esse nequit?
Despicis Aonidum fuerit quòd castra sequutus,
Soláque pro telis sumere plectra iubes.
Ergo tibi qui plectra tulit, de fonte Sororum
Qui bibit, Æacides despiciendus erit?
Quis vel Alexandri vel magni Cæsaris arma
Spernat? at Aonidum cultor vterq; fuit.
Mentis & ingenij cessit cultura Mineruæ,
Hæc eadem sæui munia Martis obit.
Tu, tibi quos fingis, ductoribus vtere; nobis
Ductor erit coniunx, dux erit ille ducum.
Persea ductorem vellet, si viueret, vnum
Andromede, res huic crederet illa suas.
Andromedæ Perseus, mihi dempsit ahenea coniunx
Vincula; fortunas huic ego credo meas.
Expulit Arcadicis Harpyias finibus olim
Amphitryoniades, exiget iste meis.
Quantus & hic Ductor, qui nunc absente marito
Te quatit, & passim pro Ioue victor ouat?
Maior hic inuidiâ; non primùm discit ad Albim
Prælia, nec tellus vna trophæa dedit.
Fulmineam pridem mirata est Gallia dextram,
Mauorti Mauors cùm tulit alter opem.

Iuliacos quanto prostrarit fulmine muros,
Ipse refer; nec enim non memor esse potes.
Antè triumphantem Rhenus, nunc conspicit Ister;
Estq́ tuo semper sanguine partus honos.
Nec me quæ recitas terrent incommoda belli,
His quæ sustinui sunt leuiora malis.
Imminet, exclamas, sacris ceruicibus hostis
Barbarus, & prædam forsan vtrumq́ feret.
Has vtinam pietas mouisset vera querelas,
Et non fucatus relligionis amor.
Sed vereor, notas ne tu delapsus ad artes,
Pelle sub hædina tigrida sæuus alas.
Exue te laruis; si tangunt candida pectus
Numina, cur mihi me, cur aliena rapis?
Me mihi linque modò, timor hic vanescet in auras:
Barbarus hic neutri tum metuendus erit.
Ast ego cui certo? cantatur nænia surdo:
Non tibi relligio, sed Biomea placet.
Hanc petis; hanc ardes; hanc nolles linquere prædam
Si vel tota Deûm cum Ioue turba roget.
Cæsa cadam potiùs Biomeæ victima, tristis
Vmbra priùs Stygios, inquis, adibo lacus.
Hæc si fixa tuæ constat sententia menti,
Quod facis, hoc citò fac, vela secunda precor.

FINIS.

ster;

uras:

rædam,

r.